Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Zwei Kolleghefte - Cod. Ettenheim-Münster 161

Clasmann, Clemens

[S.l.], 1619

Quaestio quinta

urn:nbn:de:bsz:31-114235

Visual Library

in Universali sive quatenus universales sunt, quo modo, ubi et cætera universalia incorruptibiles sunt et sub Logicam ut scientiam cadunt. 2.do Spectari possunt in Singulari, sive ut singulares sunt et actu fiunt, et hoc modo sunt corruptibiles et desinunt esse una cum disputatione. Sed hoc modo in Logica de illis non agitur, nisi per accidens, quatenus videlicet sub Universalibus comprehenduntur. Nam scientiæ sicut et definitiones non sunt singularium sed universalium videlicet per se et immediatè. Ad Authoritatem Artis respondetur illum loqui de Logica Utente, vel si de docente loquamur non de tota sed de parte Topica exaudiendum esse.

Primo modo in Universali

Secundo in Singulari.

Quo modo intelligendum sit dum Logicam esse modum sciendi.

QUAESTIO QUINTA.

Utrum Logica sit scia contemplativa, an u.o Practica?

Speculativa scientia considerat obiectum absque ullo respectu ad rationem

Speculativa ut D. Thom. agit subiecto resolvendo, id est, naturam et partes explicando. Conimb.

Duæ hac de re sunt sententiæ. Altera Logicam esse sciam Contemplativam: quæ probatur primo. Illa scientia est contemplativa q̄ tradit omnia more contemplativo, sed Logica est talis. g.o Minor probatur quia Logica explicat naturam Syllogismi et aliorum modorum disserendi eorumq̄ principia, partes, et proprietates tradit, qui modus est proprius contemplativæ scientiæ. 2.do Si Logica non esset contemplativa sed practica, vel esset activa aut effectiva, sed neutrum dici pt. g.o non est practica. Minor probatur, quia omnes activæ pertinent ad mores ad quos tn non spectat Logica. Effectivæ autem sunt mechanicæ, in quibus non est Logica. 3.o quia licet hæc scientia referatur ad opus disserendi, eius tn finis proximus n est ipsum disserendi opus, sed intelligere, quo pacto sit disserendum. g.o non est practica sed contemplativa.

Obiectio 1.ma

Obiectio 2.

Activa scia

Cuius finis est praxis seu opera

Effectiva

Cuius finis est opus sensibiliter corporeum.

Obiectio 4.ta

4.to practica scientia est q̃ dirigit praxim ex qua nomen practicæ scientiæ desumptum est, sed Logica non dirigit praxim. q.o Logica non est practica sed contemplativa.

Probatur q. sit Practica.

Practica scia est q̃ non tm̃ obiectum considerat, sed sub operationem aliquam cadit.

Altera sententia est, Logicam ẽ scientiam practicam. Antequam autem quid hac de re tenendum sit constituamq. q̃dam de convenientia et differentia scientiæ contemplativæ et practicæ præmittenda sunt.

Notandum itaq. 1.mo scientiam practicam et Contemplativam partim convenire partim discrepare.

Finis utriusq. scia proximus est cognitio obiecti sui.

Primo quod utriusq. actus seu finis proximus sit cognitio qua cognoscit et scit suum subiectum. 2.do quod utriusq. subiectum possit esse factibile, ut patet in scientia morali cuius obiectum est Virtus vel operaõ humana, Et Geometriã, q̃ versatur circa triangulum qui fieri pt. Discrepant 1.mo in modo procedendi est speculativus utpote q̃ tradit tm̃ cognitionem obiecti resolvendo seu dividendo illud in sua principia et partes, ut perfectius cognoscatur: Practicæ verò modus procedendi seu docendi est practicus sive operativus et compositivus, utpote q̃ non tantum contemplando suum subiectum eius cognitionem tradit, verum etiam regulas et formas idipsum conferendi, docendo nimirum, quo pacto id fieri debeat. Unde non solum principium cognoscendi sed etiam regula agendi est, et dici pt. 2.do discrepant fine, nam ut docet Arles. 2. Metaph. c. 1. tex. 3. finis contemplativæ scientiæ est veritas, id est, ipsa veritatis cognitio. Practicæ verò, Opus sive Praxis.

Contemplativæ n. modus procedendi

Finis principalis cuiusq. scientiæ est duplex.

Notandum 2.do Finem principalem scientiæ ẽ duplicem. Alter est intrinsecus qui et ipsius scientiæ finis dr̃ est, is ad quem scientia ex natura sua et modo procedendi dirigitur et destinata est. Alter extrinsecus qui et scientis dr̃, is videlicet, qui dependet ex voluntate et arbitrio discentis, hoc est, quem sibi quisq. pro libitu suo

Intrinsecus.

Extrinsecus.

statuit. Quod itaq dicimus in fine superiori notationis il-
ligendum est de fine intrinseco, ad quem scilicet ipsa scientia
ex naa sua ordinata est; fieri n. pt ut finis omnis qui
scientiae Contemplativae dant operam, non sit ipsa rerum cognitio,
sed fortasse, quem ex ea cognitione facere, aut maioris gloriae, quae
ex ea volunt captare, et è contrario contingit, ut plerique dent
operam practicae scientiae non ipsius operis faciendi gratia, sed
solius cognitionis eae omnis obiectationis q cognitionem ex-
citatur. Et igitur scientia sit contemplativa necesse
est ut ex naa sua vendicet sibi cognitionem ipsam rerum
ut finem. Et autem practica sit, sequitur ut cognitio
rerum, quam tradit, suapte naa dirigatur ad praxin. Por-
ro cum iudicavimus vendicare sibi suapte naa cognitionem ip-
sam quae in sola naa rerum explicanda versatur nec tra-
dit regulas ullas operis alicuius faciendi, etiamsi res de
quibus agit fieri possint humana opera, ut scientia de Ma-
q versatur circa actiones quae exerceri possunt. Cum verò
iudicavimus suapte naa dirigere propriam cognitionem ad
opus, q tradit praecepta agendi aliquid, etiamsi naam in q
parte, proprietates simul explicat. Quae ratione diuimus Morales
scientias esse practicas propter regulas agendi quamquam
simul agant de natura Virtutum, de Speciebus actum pub-
licarum et eiusmodi alijs.

Corollarium 1.mum Logica est scientia practica. Pro-
batur 1.mum quia principalis finis, ad quem Logica certè naa di-
rigitur, est bene disserere. Nam etsi naam, partes et pro-
prietates modorum disserendi tractat, tota tamen plena est
praeceptis bene disserendi, quod ipsum maximè patet in tota
Analitica et Topica: ad q praecepta reliqua omnia con-
siderata dirigitur: Cum ergo disserere, quatenus regulantur
praeceptis bene disserendi sit actio praxis, erit etiam Logica
practica. 2.do probr. quia ex dictis patet, proprium
Logicae finem esse docere, quo pacto sit disserendum. At

ratio pulchra et bene nota

Differentia eiusdem artis non fine proximo sed principali colitur
Gundi. vide Log. Monmb. f. 42.

Qualis cognitio debeat esse scientia Contemplativa:

Qualis cognitio sit Practica

Cum practica sit sub duas conditiones de sua subiecta
Prima, ut res sit contingens
Secunda ut eius effectuatio sit
tuta non in naa. Cons. fol.

iudicium practicum qd sit.

docere quo pacto sit aliquid agendum. iudicium practicum est g.° Logica est practica. Hanc observa, has duas rationes distingui inter sese propter duos fines Logicæ. Quorum alter immediatus et proximus. Altee principalis et remotus atq communis ei cum cæteris scientijs. Posterior est bene discerere. Prior docere quo pacto sit discerendum. Posterior est praxis. Prior est doctrina sive notitia practica. Probr 3. proprie rationis Operationes cadunt sub consideratione Logicæ. (ad eas n corrigendas et dirigendas inventa est Logica) et non cadunt quoad propriam naturam, cum sic pertineat ad scientiam naturalem, videlicet ad lib. de Anima, neq alia videtur esse ratio, cum cadant sub Logica, nisi quatenus diriguntur ad intelligenda ex cognitis ea, quæ sunt ignota, dirigi autem hoc aut illo modo est practice tractari, non autem simpliciter cognosci. g.° Logica q hoc modo dictas operationes considerat non contemplativa sed practica est. Confirmatur hæc ratio, quia eadem ratione artem fabrilem practicam esse oportet. Quia etsi ligna q sunt illius materia, sint res naturales, et à Physico tractentur, tamen quia directive tractantur ab arte fabrili, ut ex ijs hoc vel illo modo scamnum fiat, ideo fabrilis ars non speculativa, sed practica est. Idem patet in morali scientia, q cum agat de actib. Voluntatis practice sive regulative practica est et dicitur, quamvis ijdem actus voluntatis quoad naturam pertineant ad Physicam.

atur 3.tio pulcherrime.

atio confirmatur.

Exempla adducta.

Conclusio 2.da Logica est activa scientia, non effectiva. Probr quia illa scientia dicitur activa q 1.mo et præcipue in actib. immanentibus regulandis versatur. Sed Logica versatur 1.mo et præcipue in operationibus intellectus (q sunt immanentes) dirigendis g.° Logica est scientia activa, et non effectiva. Circa minorem observa, licet Logica versetur 1.mo et præcipue in operationib. illectus dirigendis, eam tamen etiam descendere ad dirigendum exter-

num sermonem, qua etiam ratione moralis scientia Activa est, et non effectiva, quia licet in externis virtutum actibus versetur, tamen præcipuè de internis agit.

Ad argumentum 1.m contraria sententia respondetur, non tantum contemplativas, sed etiam practicas tradere doctrinas, proprietates et rationes de quib. agitur, ut morales, tradunt nam Virtutum, earum partes, principia et proprietates, neq. in eo differunt contemplativa et practica Scientia, ut ex dictis patet.

Ad 2.m argum respondetur non omnes actiones esse morales, cum actionum latius pateat quàm morale.

Ad 3. argumentum respondetur etiam finem moralis esse proximum non esse bonè agere, sed intelligere quo pacto bene agendum sit, cum ha. nemo neget moralem scientiam esse practicam.

Ad 4. argumentum respondetur nomine praxis non modò operationes voluntatis significari, sed etiam intellectus, atq. adeò actiones omnium potentiæ apetitivæ fieri ac dirigi. Et autem quæ contra hæc objici possunt, facilius solvantur: Ad tandem 1.m Practicam seu Activam scientiam (sicut et Praxin seu Actiones) 3pliciter solere accipi.

1.o latissimè, quatenus scilicet completitur omnem scientiam cuiq. finis est opus, hinc sit actio propriè dicta sive effectio: quo modo non sunt Logica et Ethica, sed etiam omnes artes Mechanicæ dicè scientiæ practicæ, et hoc modo ut aliqui volunt, videtur hoc nomine Artes 2. Metaph. c. 1. dividens Philam in speculativam et practicam.

2.do strictius accipitur, quatenus videlicet comprehendit sem. et solam illam scientiam, cuius finis est Actio propriè dicta id est, immanens; et hoc modo Logica et Ethica tm sunt scientiæ practicæ.

3.o strictissimè accipitur pro sola videlicet scientia mo.

Solum

Solutio primæ difficultatis.

(non ita practici exercendi, quo ds res habent, non tamen contemplari etiam quam per se, sed ad alia et per certo tempore. Conrab. fol.

Intellectus actiones sunt vere Omnis. f. 95. 1. quia intellectus practicus indicium non conjungit in obiecto cognito, sed aliam act. prescribit.

Scientia Practica seu Activa splitter sumitur.

latissimè

per quamcunq. scientiam cuius finis opus.

strictius

per se scientia tm cuius finis actio propriè dicta

strictissimè

pro sola scientia morali.

rali, quae acceptio frequentissima est apud Arlem tum in Ethicis tum in Metaph. et imprimis 6. Metaph. c. 1.

...ica splex. Docens. Utens.

Notandum 2.do Logicam spectari duob. modis. Primo absolutè et in se quatenus videlicet scientia est contra, ex praecepta bene disserendi, quo modo eam antea docentem appellavimus. Secundò respectivè quatenus videlicet facultas quaedam est qua utimur in alijs scientijs, quo modo administrat Organum sive Instrumentum omnium aliarum scientiarum, atque adeò Utens nominari solet. Quo posteriori modo fermè semper ab Arte accipitur in Metaph. Rhetor. et passim alibi, ubi mentionem Logicae facit, eò quod usq eius, quo se extendit ad omnes scientias longè sit praestantissimus, praevaleatq facile ipsi scientiae adeò quidem ut non tam pp cognitiones quàm Usum Logica expetenda videatur ac proinde vere expetatur.

Notandum 3. Arlem quando dividit scientiam in Metaph. vel etiam alibi, illigendum esse de scientia reali, hoc est, de scientia quae non est sermocinalis quo modo meritò Logicam in partibus scientiae non numerabit, cum haec non sit realis (quatenus reale opponitur sermocinali) sed sermocinalis. Ex his facile ea quae praeter obiectiones allatas in hac quaestione obijci possunt dissolventur videantur. Fonsec. 2. Metaph. c. 3. q. 2. sect. 4. et Coimb. hoc. loc. q. 4. art. 5.

QUAESTIO SEXTA.

Sitne Logica pars Phiae an solùm instrumentum.

...tiva pars probatur

Non esse partem Phiae probatur. Primò, Phia non agit nisi de rebus magni momenti. Sed Logica versatur in sermone aut etiam in entib. rationis, quae nullius videntur esse momenti ergo Logica non est pars Philosophiae. Secundò omnis Phorum cognitio est per se digna studio, sed Logicae nemo dat operam pp seipsam, sed pp alias scientias, cum tradat modum acquirendi scientias. ergo Logica non est pars Phiae. Tertio, veteres plerique Lo-